


**Programma Quo a Sacris Bacchanalium Sacerrimis Omnes Omnium Ordinum
Perediae, Perbibesiaae, Conterebromiaeq[ue] Cives, Candidatos, Lurcones,
Nepotes, multibibos, merobibosq[ue] vinosissimos**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1685]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742503410>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

—
1685. Fasten.

M-1256⁴⁰.

1685

I. N. J.
PROGRAMMA

Qvo â

SACRIS BAC-
CHANALIUM
SACERRIMIS

*Omnes Omnium Ordinum Peredia, Perbibesia,
Conterebromiaq, Cives, Candidatos,
Lurcones, Nepotes, multibibos, merobibosq, vinosissimos
Ad*

*σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας, tanquam θεμέλια σοφίας, iudice Xe-
& ῥώμας τῆς ψυχῆς, autore Pythagorâ,*



Castra, & Pileum

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

FRANCISCUS WOLFFIUS

S.S. Theol: Doct: & P. P. ad D. Mariæ

Pastor

classico dato evocat.

ROSTOCHII, Typis JOH, WEPPLINGII. Acad. Typogr.

M. 1256⁴⁰



Bacchanalia sacra, sive potius sacrilegia; iudice magno Augustino l. 18. de C. D. c. 13. de quorum rabiosa turpitudine, ne quidem hodie plurimorum, qui se Christianos mentiantur, Curios simulant, sed Bacchanalia vivunt, ut loquitur Juven. Sat. 2. effrenata erubescit licentia, in honorem Bacchi (sive à turore, sive vana garrandi libidine, sive à Bacchis comitibus, ut vult Diodorus Siculus l. 5. p. m. 293; sive m. à voce iacchus, quod conjectat Martin, in Lex. phil. denominati) fuerunt instituta. Flures eo nomine inclytos historiarum prodiderunt monumenta. Quinque Dionysios enumerat Tullius 3. de nar. Deorum p. m. 248. Dionysi quippe & Dionysii nomine Bacchus Græcorum fabulis est decantatissimus. Rationes denominationis à variis traduntur variæ. Stefimbrotus (de quo Voss. Hist. Græc. l. 4. c. 7) apud Natalem C. l. 5. c. 13. p. 472. ita vocatum tradidit, quod pupugerit Jovis femur cum natus esset cornutus. Aristodemus (quatuor Aristodemos numerat Vossius de hist. Gr. l. 1. c. 21.) à pluvia quam Jupiter demiserit. Nonnus, quod Jupiter gestationis tempore claudicaret. p. 497 alias affert, dictum esse ab insula Diâ & Nysâ urbe, vel juxta Johannem Diaconum, quod mentem excitet. Hospinianus alias quinque denominandi

va-

siationes enumerat de Orig. Festorum fol. 63. b. quæ ibi videri
 possunt. Inter quas optima, si cum Diodoro l. i. bibl. c. 2. p. 21
 dicamus, à Patre Jove & urbe Nysâ, in qua enutritus, appellita-
 tum eum Dionysium, conf. tamen & Vossium l. i. Theol. gent.
 p. m. 146. seq. alia hæc ratione explicantem. Latinis præcipuè
 nomine LIBERI venit, ut autor est Plutarchus quæst. Cent.
 Rom. p. m. 715. ex versione Cruserii, quod potantibus liberta-
 tis pater existat. Redditur enim per vinolentiam vulgus ho-
 minum audax, ac libertare linguæ impletur. Quo intuitu
 eundem Cordis Præsidentem fecerunt, quod libertas faciat cor-
 dados, ut observat Dempst. in paralip. ad Rosin. l. 2. c. 11. A. R.
 p. m. 310. seq. ex Suidâ. Varro ap. Lipsium ad Sen. de tranq.
 animi p. m. 335. *Liber ait, à libendo, quod lubrica mens ebrii, quo li-
 bet, prolabatur* Seneca vero sub finem libri de tranq. an. *Li-
 ber, ait, non ob licentiam lingvæ dictus est inventor vini, sed quia
 liberat servitio curarum animum, & adserit, vegetioremque & au-
 dacio rem in omnes conatus facit.* qui tamen, ne dicta à gurgi-
 tibus & voraginibus vinorum in heluationum rapiantur præ-
 sidium, gravi eadem munit cautelâ: *Sed ut libertatis ita & vini
 salubris moderatio est.* Quomodo à libando dicatur, vel a
 Græco *λείβω* fundo, vel à libertate, quod Boeotia libertatem
 indulserit, unde & Eleutherii nomen, heic nil attinet referre.
 Illud vero observo, quod nonnulli etiam à liberamento appel-
 litetur Liber, uti videre est apud August. de C. D. 26. c. 9. Quo
 & alia observatu non injucunda habet ex Varrone de INTER-
 CIDONA, PILUMNO, DEVERRA, Diis custodibus puer-
 perarum, contra Sylvani insultus & vexationes, de quibus non
 ita pridem amicabilis cum clariss. & excellentissimo quodam
 Dn. Collegarū reciprocati sermones. Quatuor vero præcipuè
 hoc nomine cluunt, quamvis horum res gestas & fingendi Po-
 etarum, Græcorumque libido, & superstitiosa vulgi credulitas,
 similitudine nominis decepta etiam ita confuderit ut priorum

inventa vel facta soli postremo, invitâ & repugnante quamvis
veritate, ad augendam nominis famam, patriæque gloriam
amplificandam, populari suo à Græcis videas fuisse attributa-
cf. Diodorus Sic l. 5. p. m. 293. Antiquissimus omnium qui sub
hoc nomine cluet, videtur esse Noachus. Quem inter & po-
stremum Semelejum intervallum, quasi mille annorum, inter-
fluit. Ex Noacho putant nonnulli factum esse Nachum,
porrò Bachum & tandem Bacchum, quæ tamen tanquam du-
rior originatio non est ad palatum delicatissimo in talibus Vos-
sio l. 1. c. 19. Theol. Gentil. Huic verò jure tribuas quod Naso de
Baccho 4. Metam. *Lenæus genialis confitor uvæ*, Cum ipsæ
Scripturæ Gen. 9. 20. hoc ipsi vendicent. Diodorus vocat
antiquissimum Dionysium Indicum, qui ex Assyria venit
(unde & Assyriacus vocatur) à quo universus mundus edo-
ctus fuerit botros torcularibus exprimere, qui bis natus per hi-
beatur, eo quod vitis & ante Deucalionem fuerit diluvium, &
postea, cum diluvio existimaretur periisse, iterum effloruerit.
Quæ omnia in Noachum quadrare ostendit Cl: Vossius l. 1. Th.
Gent. c. 25. p. m. 183. cum à vitiferâ Indorum regione pluri-
mum fuerit cultus, neque tantum ante diluvium universi or-
bis vixerit, sed & à diluvio quasi revixerit, & denuo natus fue-
rit. Alter qui sub nomine Bacchi cultus perhibetur, videtur fuis-
se Mitsraim, pater incolarum terræ Mitsraim, duplicis sc. Æ-
gypti, superioris & inferioris, quæ Ægyptus à priscis incolis
etiam Chamia l. Chemia, terra Cham v. Ps. 78. v. 51. dicta est, no-
men enim proprium certi hominis fuisse Mitsraim, judice Bo-
charto, non patitur forma dualis. (Vossio aliter sentiente p.
m. 198.) Fuit ille nepos Noachi ex Chamo Gen. 10. 6. qui no-
mine jovis Ammonis veteribus est notissimus. Quia verò ob-
servante Grotio apud Polum ad X. Gen Ægyptus dicta Misor,
non abs re Vossius conjectat p. m. 198. ex Misori, traiectione
solâ literarum vel ex Misorim, principe litera rejecta, factum es-
se

se Osirim, sub cuius nomine & nominis cultu non tantum gesta Mitsraim d. m. Josephi & Mosis comprehensa videntur. per Osiridem tamen antiquissimum, s. Mitsraim Aegyptios intellexisse Dionysium, Diodorus autor est lib. i. bibl. c. 2. p. m. 19. Eum vero duxisse in uxorem sororem suam Isidem, patremq; horum fuisse Jovem Ammonem, conf. p. 21. Diod. Qui cum a Typhone fratre interemptus, & vel in XXVI. partes dissectus & inter socios parricidii distributus esset, Isis, cognita mariti fratrisque caede, manibus ejus paricidarum sanguine parentavit, dispersas dilaniati corporis partes studiose conquisivit, inventasque, excepto pudendo, terrae concredidit. Inde conversa ad sacra viro instituenda obrestationibus adjurationibus & corruptionibus expugnavit sacerdotum animos, oblati Osiridis imagunculis, quas composuerat, & ita Osiridem sive Dionysium, divinis affectu honoribus venerari ceperunt, phallumque in memoriam non inventi ab Iside veretri adhibuerunt. vid. Diod. l. i. bibl. c. 2. Herodotus in Euterpe l. 2. ab Aegyptiis ait loco phallorum excogitatas esse *statuas cubitales e nervis compactas* (vox *vd. g. t. a. c. u.* observante Athenæo potius notat statuas nervis s. fidiculis tractas atq; moras) *quas foemina circumferant per pagos, mentula, quae propemodum instar est reliqui corporis, in ventre, & tibia praevunte, quam foemina Bacchum canentes sequantur.* Julius Firmicus Maternus, scriptor seculi 4. in suo de errore profanarum religionum libro c. 2. (extat in biblioth. Patrum t. 4. p. 165. seq.) ad Constantium & Constantem Augustos tabulam ita exhibet. *Isis soror est, Osiris frater, Typhon maritus. Is cum comperisset Isidem uxorem incestis Fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osirim, artuatimq; laceravit & per omnes Nilis fluminis ripas miseri corporis palpitantia membra projecit. Isis repudiato Typhone lacerati corporis partes artificio canis vestigantis invenit. Inventas tradidit sepulturae. Hac vero est Isiaci sacri summa: In adytis habent idolum Osiridis sepultum, hoc anni*

*Mūs luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum regie
sui turpitudinæ de honestati desceant capitis, tundunt pectus, la-
cerant lacertos, veterum vulnerum refecant cicatrices; ut annuis
luctibus in animis eorum funesta ac miseranda necis exitium re-
nascat. Et cum hac certis diebus fecerint, tunc fingunt, se lace-
rati corporis reliquias reperire, & cum invenerint, quasi sopitis lucti-
bus, gaudent. Tertius vero Bacchus non videtur esse alius
præter Mosen, ita exacte in tempora & res à Mose gestas con-
veniunt, quæ gentilium ingeniosa fingendi licentia Baccho suo
adsignavit. Conspirant heic amicabiliter Bacchi Mosisq; na-
tales διήτυροι; formæ præstantia, expeditiones, bellaq; cum
gigantibus gesta. Nec refragatur Mosis fuga, exiliū, sepulchrum-
que incognitum. Consentit ætas, montis Nisæ denomi-
natio, qui per *περὶ Σιν* à Sina monte non videtur esse alius.
Comes Mosis Caleb; quæ vox Hebraica canem notat, Ca-
nem Bacchi, fronsq; cornuta Mosis; faciem radiis coru-
scam repræsentat. Quæ omnia, ut ne actum agamus, plu-
ribus erudite exequitur clariss: Vossius l. 1. idolo Gen. c. 30. Ulti-
mus deniq; Græcus, adeoq; Poetarum figmentis decantatis-
simus est ille Bacchus Thebanus, Semeles & Jovis secundi
uti numerat Boccatus l. 5. G. D. G. fol. m. 44. filius, alias enim
apud Tertullianum in apologetico trecentos joves sive ju-
pitros M. Varro numeravit, teste P. Crinito de H. D. l. 3. c. 14.
A matre Semelejus Evan, Ovidio, & Semeleus Thyoneus Hori-
tio vocitatus. Fuit Semele Cadmi, à quo Græci multas do-
ctrinas & literas acceperunt teste Herodoto in Terpsichore
l. 1. p. m. 357. filia. Illa suo magno juxta Propert: l. 2. *formosa*
periculo, cum Jove fuerat. Cujus compressu imminuta & gra-
vi da cum manifesta crimina jam pleno ferret utero, Juno, so-
la Jovis conjux, tantam thalami ultura injuriam, induit perso-
nam Beroæ Epidauriæ, nutricis Semeles, verborumque lenoci-
niis inducit miseram ut in luculentum amoris in se testimo-
*nium**

alium à Jove discipiat, ut tantus talisque deo sibi complexus
quantus & qualis ad Junonem ingrediatur, suaque ante quam
accessum parat insignia sumat. Jupiter cum interposita per
Stygii Torrentis numina (nam timor & Deus ille Deorum)
se locum desideris illius relicturn, jurisjurandi religione fi-
dem obstrinxisset, exsolvitur promissa nube se condit, nim-
bis, ventis fulguribusque intermixtis, resonantibus tonitru-
bus, emicantibusque fulminibus testa Semeles subit. Unde
sicut Jupiter Brontæus, fulgurator, Tonitrualis & fulminator,
referente Crinito. l. 8. c. 12. p. m. 264. & ipse Bacchus, Bromi-
us, Brontius & Bromptinus denominatus. vid. Diod. l. 5. p. m. 193.

*Lata malo, nimiumque potens, perituraque amanti
Obsequio Semele.*

donis huic jugalibus ardet, extinguitur. Ceterum Bac-
chus, cum propinqua partitudo matri nondum appeteret,

*Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo,
Eripitur, patrioque tener (si credere dignum est)
Infatur femori, maternaque tempora complet,*

Uti, canit Ovid. 3. Metam, quamvis & heic concors in alle rugi-
gerulorum vexet cerebellam discordia uti videre est apud Nat:
Com. l. 5. c. 13. p. m. 470. seqq. inde v. Bacchus dictus bimater,
quod Jupiter etiam matris munere functus ita esset. Diodorus v.
l. 1. rerum antiq. c. 2. p. m. 30. Semelem ait à quopiam esse cor-
ruptam, post septimum mensem peperisse infantem Osiridi similem, qui
illico denatus sive Diis improbantibus, sive repugnante natura. Cadmus
infantem deaurat, ei sacra instituit, ad Jovem genus retulit, ut & Osiridis
factum cohonestaret & corruptionis infamiam demeret. Nec abnu-
it Julius Firm. Maternus l. c. c. 6. qui dicit fuisse Jovis, Regis Cretici, filium,
adultera matre progenitum. Juno Regis Uxor absente viro per insidias
crepundiis inescatum intercipit Bacchum, trucidat, particulatim membra
deartuat & distribuit. Reverfus parens imaginem filioli ex gypso plasti-
co parat opere, pro tumulo extrivit templum, pedagogum pueri Sthenum,
Sacerdotem facit. Cretenses ad adulationem compositi festos funeris dies
statuunt, & annum sacrum trieterica consecratione componunt. Vivum

lamb-

Iamant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus ex-
 citantes & per secreta sylvarum clamoribus dissonis ejulantes fingunt
 animi furentis insaniam. præfertur cista in qua cor latitarat, Tibiarum can-
 tu & cymbalorum tinnitu crepundia, quibus puer deceptus fuerat, menti-
 untur. Ex quibus facili licet conjectura affectari, unde tot Gentilibus fi-
 lli Jovis commemorantur. Scilicet viros virtute nobiles, meritis insignes,
 natos itidem ex stupri vel adulterii consuetudine, ex parentibus inlustri-
 oribus, Jovis commenti sunt filios, ad occultandam generis originisque
 ignominiam, & illustrandam natalium gloriam. Quorum referri me-
 reretur Alexander Magnus, Jovis Ammonis filius commentitius, Necta-
 nebo mago, Ammonis faciem præ se ferente, patre satus, ni Josephus Go-
 rionides/ autor narrationis, sublesta fidei maculâ non tam subturpiculus
 quam plane turpificatus esset. Interim nec illud abs re esse videtur, quod
 circa fabulam astuti femori Jovis patris observat cl. Vossius L.I. de Or. &
 progr. id. c. 19. p.m. 146. fieri illud more poetarum, qui, ut magis admira-
 tioni sint *τὸ γινῶ ἡγῶν* dicere, & quæ *ἡγῶν μετὰ Ποσειδῶν* prolata, pro-
 priè amant, intelligere, cum omnes juxta phrasin scripturæ è femore Patris
 nascamur sive egrediamur. Ni malis cum Boccatio sub his involueris
 Physicos indagare sensus. Ita vero ille lib. de Gen. D. c. 25. fol. 44. seq.
Volunt per Bacchum vinum intelligi: & sic Semeles pro vite sumetur,
quæ ex Jove i. e. ex calore in altum, humorem terræ immixtum, per vitis
poros, trahente, se pregnantem i. e. turgidam facit, & in palmites, bo-
trosque succos tanquam in conceptum fetum emittit. Tunc autem fulmi-
natur, cum adveniente autumnali calore non in ampliore maturita-
tem sed potius in corruptionem & putredinem fructum conceptum deduce-
ret, ut auferatur necesse est, & femori Jovis, i. e. calori alteri applicetur.
Quod quidem fit, dum pressum ex uvis vinum aut igni, aut ipsismet pres-
sis bulliendum concedimus iterum, donec defecatum tali bullitione, redda-
tur potui aptum: deinde Ino (nutrix Bacchi censetur) i. e. vas illud servat
occultum i. e. conceptum ne à Junone inveniatur, i. e. ne ab aere corrup-
patur. Seu pregnantem tunc Semelem dicimus ex Jove, cum vitam a-
gente calore turgidam cernimus vere primo. Verum tunc fulminatur
cum a sivo calore præter consuetum exurit. Tunc autem apertis poris
conceptum emittit in botros, quando femori Jovis i. e. diurno calori appli-
catur, ut quam ex matre non habuerat, à patre maturitatem accipiat: &
in Ino servat illud osculte, dum à pampinis regitur, ne ab aere nimis
calido

calido offendatur, & illud tunc nutriunt Nymphae, dum nocturnis humiditatibus restauratur, quod calore diurno fuerat exhaustum. Hæc ille. Ceterum sacra hæc, iudice Polydoro Virg. l. 3. c. 17. p. m. 200. uberrimum apud cunctas ferme Gentes libidinis fuerunt seminarium. Quamvis enim in Ægypto omnium primo pethibeantur enata, profeminata tamen sunt per varias regiones; serpere ceperunt per Arabiam, Babylonios ad ipsos usque Indiæ incolæ; nec contenta nostro orbe in novum planè unà cum aliis superstitionibus Ægyptiorum transfretarunt, oculatissimo teste P. de Valle itin. tom. 4. ap. Hoffm. in voce Isis. Præcipue vero se diffuderunt per universam Græciam. & inde, nescio, quo contagio, per Italiam ad ipsum usque Cor Imperii Romam. Et quidem Græcis Dionysii nomen, sacrificium, & pompam Phalli enarrasse Melampum, autor est Herodot. l. 2. p. m. 113. Lactantius verò l. 1. instit. div. c. 22, sacra hæc Orpheum in Græciam induxisse, primumq; celebrasse in mente Boeotiz, Thebis proximo, qui cum frequenter Citharæ cantu personaret, inde Cithæron appellatus, commemorat, unde & Orphica dicta, in quibus ipse postea Orpheus misere dilaceratus periit. Adstipulatur huic Diodorus l. 1. p. m. 30. Hunc Cithærona Servius putavit alterum esse Parnassijugum, & alterum Heliconem; verum vix merebitur Geographorum calculos, distincti, quamvis non adeo disjuncti, hi sunt à Cithærone montes, ille quidem Penthei à Bacchis, Actæonisq; à canibus dilaniati clade inclyrus. Parnassij vero duo juga fuerunt Cyrrha & Nisa. uti testatur Juvenalis Sat. 7. unde biceps poetis audit. Uterq; vero & Cithæron & Parnassus Bacchanalium cultu famosissimus. De Parnasso Lucanus

Mons Bromio, Phæboque sacer. De Cithærone v. Virg. 4. Æn.

Bacchatur qualis commotis excita sacris

Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho

Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Comparat Poeta amore furentem Didonem Bacchæ, cuidam sive Thyadi, Thyades enim vocabantur sacrificulæ, à *Θυάω* furo, quod vult Servius, vel à *Θύειν* quod mavult Landinus. Unde & alias dicebantur Mænades *ἄπὸ τῆς μάθης* ab insaniendo, sicut à vestibus, pellibusq; vulpinis, Bassarides, hinnulorum vero Nebrides appellata. Orgia vero Bacchi sacra dicuntur, vel *ἄπὸ τῆς ὀργῆς* à furore l. *ἄπὸ τῶν ὄρων* montibus ubi celebrabantur aliis tamen alias originationes venditantibus. In genere autem apud Græcos sacra omnia dicebantur Orgia. Trieterica vero h. e. triennalia, quod tertio quoq; anno repetita, Nocturnus verò, Cithæron vocatur, quod noctu pera-

B

gereu;

gerentur hæc sacrilegia, quomodo Virg. 4. Georg. nocturna sacra vocat.
 Inde etiam dicta Nyctelia, & Nyctilea sacra, ipseque Bacchus Nyctileus
 pater Ovid. de arte am. Ob lampadas verò & funalia, quibus cerritorum
 instar grassabantur per tenebras, ipse Bacchus cognomine Phausterii insi-
 gnitus fuit. Comites incedebant Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, Thyiæ, Mi-
 mallones, sive Mimalonides, Naides, Tytiri, Nymphæ, Panes, ab habitu quo
 conspiciantur ita vocati. Ornatus verò Nebrides (pelles hinnulorum
 cervi) Sindones, Mithræ, thyrsi, ferulæ, pampini, hederæ tympana, Tibiæ
 fistulæ, tintinnabula. Bacchi effigiem ex Albrico exhibet Dempsterus
 paralip. ad l. 2. C. XI. Rosini. Statius vero ipsius currum & socios hunc
 in modum describit.

*Promovet effrena dextra lævaque sequantur
 Lynces, & Suda mero lambunt retinacula tygres,
 Post exultantes spolia armentalia portant
 Seminecesq; lupos scissasque mimalones ursas
 Nec comitatus iners, sunt illic ira furorqve,
 Et metus & virtus, & nunquam sobrius ardor,
 Succiduique gradus &c.*

Currus scilicet ebriorum denotat volubilitatem, Lynces, vinum
 moderatè sumtum vires audaciam & perspicaciam augere, Tygres ebriorum
 lævitiã, & temerariã in quævis pericula ruendi libidinem, per reliqua
 pronitas in iram furoremqve, & titubantia gradientium delineata fuit.
 Alii horum insidebant asinis, alii hircos quos immolarent, ducebant,
 quorum pellibus ad Ascolia uterentur. Capri etiam pellis, ne quid ex inimi-
 co vitium injuriæ subtraheretur, utris instar inflabatur & unguine lubrica-
 batur. In hocce utres sublimiori juniores se librabant saltu, inque risu ir-
 ritamentum præcipiti lapsu, sive casu sive ex composito, in terram gli-
 scebant, quo de Ritu vid. Virg. 2. Georg. p. m. 80. Sues m. Libero immo-
 latus testis est Herodotus l. 2 p. m. 122. Cerneret ibi utriusqve sexus ho-
 mines gressibus nunc titubantibus, nunc subsultantibus, lymphatò cur-
 su huc illuc agitari, thiasos ducitare, tremulis ululatus, stentoreisve bo-
 atibus omnia complere, capita jactitare, crinibus, quos in Bacchi hono-
 rem alebant, post terga sparsis, identidemqve horrissonum *ὦ ἰαχῆ,*
ἔνι, αὐβοῖ, ὦνί Βαχχῆ ingeminare, quibus vociferationibus iteratis
 Evantium, Bacchi cognomen Evan natales, debet, in quo nomine Cle-
 mens Alexandrinus protrept. Tom. III. bibl. patrum p. 6. obscura quæ-
 dam lapsus protoplastorum rimatur vestigia. Quid dicam de *ἔνι φέοις*
 itas.


cistas hujus sacri mysteriis refertas portantibus, quarum oclusa te-
clusa legas & rescias (quo de verbo Gell. l. 2 c. 19. NA.) apud Clemen-
tem, patria quidem Atheniensem, à loco tamen ministerii Alexandri-
num dictum citl. protrept. p. 7. Non movebo Camerinam phallophoro-
rum, virunculos insigniter peculiatos gestantium, (quos Phallos Græcorum
Latini Priapos vocitabant teste Blondo l. 1. Rom. triumph. p. m. 5.) in quorum
amplexus & oscula ruebant. Cui libido fuerit Tellenas heic conducipare tri-
cas, ni pudor oculos auresve deterruerit, adeat Arnobium, Laetantii præ-
ceptorem l. 5. adv. gentes, & experietur, quomodo Evius Prosumno duci ad
ad inferos mortuo, fidem nefariæ libidinis, dolato, runcinato & in ve-
retri speciem configurato ex sicu racemo exsolverit. Alias hujus *Παλα-
γωγίας* rationes videas apud Cl. Voss. l. 1. idol. c. 27. pm. 198. & Natalem
Comitem l. 5. c. 13. p. m. 491. Ex Graciâ Græcus quidam homo igno-
bilis, ejusmodi sacrorum antistes, in Hetruriam has furias detulit, ex He-
truria vero ea mali labes mox Romam penetravit, ubi mirandum in-
modum morbi contagione matronarum pudicitiam corrupit teste Polydo-
ro Virg. l. 3. c. 17. p. m. 200. & quamvis omnium primo sacrarium femi-
narum fuerit exclusis masculis, mox v. deorum (scilicet!) monitu pro-
missæ sunt sacra, ex diurno fit nocturnum sacrum, ut tutius grassaretur
libido, pro tribus in anno diebus quinque singulis consecrantur men-
sibus. Nemo major viginti annis initiatur, captantur ætates & erroris
& stupri patientes. *Nudi viri*, verba sunt Blondi Flavii Forliv. l. 2. trium-
phantis Romæ p. m. 37. cum nudatis omnia membra mulieribus, matro-
nis, viduis & virginibus, ad sacra conveniebant, quæ non nisi nocturna
erant, caput omnes pariter femoraliaque pampinis & uvarum racemis
cincti, alios item uvarum racemos manibus tenebant, & tumultuario in-
vicem comixti coetu in sublime saltantes, variâque gesticulatione brachia,
cervicem, caputque moventes, carmen Baccho inconditum decantabant,
nec prius erat saltationis modus quam defatigati & toto corpore va-
cillantes partim resupinarentur proximioribus inbarentes, partim in
pavimentum fanatici amentesq; procumberent: Rursum ascendente no-
ctis licentia, ut loquitur Livius nihil ibi facinoris, nihil flagitii præter-
missum, plura virorum inter sese quam feminarum supra. Si qui minus
patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro vitium in molari,
nihil nefas ducere. Voces quiritantium inter sacrorum tumultum au-
diri non poterant, rapti à Diis dicebantur homines, quos machina illiga-
tos ex conspectu abditos specus abspiciebant eos, scilicet qui aut conjurare, aut lo-
ciati facinoribus aut stuprum pati noluerint. Hunc in modum Hispa-
la originem sacrorum, quæ in lupo Simila Bacchanalibus in sacro noctur-

no folerent fieri Consuli Posthumio exprimit. ap Liv. L. 49. p. m. 1019. Re à Posthumio ad Senatum relata; & ex rostris concioni oratione. gravissima à Consulibus proposita, illico demoluntur Bacchanalia, discutunturque nefarii coetus, qui tantum initiati, nec earum rerum, in quas jurejurando obligati erant, quicquam in se aut alios admiserant, in vinculis relinquebantur, qui stupris aut cadibus violati --. aliis fraudibus contaminati, capitali poenâ afficiebantur. Mulieres damnatae cognatis, aut in quorum manu essent, tradebantur, ut ipsi in privato animadvertent in eas; si nemo erat idoneus supplicii exactor in publico animadvertebatur. Hinc omnia bacchanalia Romæ primum, deinde per totam Italiam diruta, & in reliquum S. C. cautum, nequa Bacchanalia Romæ neve in Italia essent. Audistis C. A. honoratissimi pluteula de obscenis hisce sacris, ut Livius vocat, neque sine detestatione hæcæ furias hæcæ propudiosas insanias oculis animisque haurire potuistis. Cavete igitur Christiana pectora, ne vel veteris injuriæ vola vel vestigium apud nos supersit, aut in proscenium reducat. Judæi potius mortem oppetere quam ejusmodi sacris ad mandatum etiam Regis operari voluerunt. Vestrum igitur fuerit mandatis summi nequaquam refragari aut reluctari numinis, vestrum fuerit mandatis & hortatibus superiorum patulas præbere aures, cordibus ad obsequii gloriam compositis. Non jam Penthei vobis si obtemperaveritis fata & morsus Bacchantium metuendi; Non Lycurgifurores tibias sibi succidentis, sed magnum ex continentia decus, insignis ex sobrietate gloria, & latissima conscientiarum ex victoria ab affectuum insultibus Halcyonia fuerint ex spectanda. Haud decet Christo in preces effuso vos in ludicra diffundi, procidente in faciem Christo cristas erigere & subilire, contremiscente Jesu frontem exporrigere. Alienum est à sanæ rationis dictamine Jesu Christo nostris peccatis illacrymante cachinnari, sanguinem exsudante, in risu diffluere, & onustissimum peccatorum mole magis onerare. Dedecus fuerit Jesu nostro in vincula coniecto Libero indulgere, & servili prorsus libertate luxuriare; ille obmutescit, & vos evantium clamoribus, bacchantiumque ululatus inter concentus multos plateas replebitis? Jesus vester sitit, impietatis extrema fuerit vos mero l. cerevisia ingurgitare. Quin potius, Cives optimi, cum vestibus denudato Jesu veterem hominem exuitote; cum moriente, peccatis morimur, cum crucifixo carnem cum desideriis titillaturis cruci affigitote, illud trabali quasi clavo pectoribus in memoriam nunquam intermorituram affixum tenetote.


Ebriosos regni DEI hæreditatem non esse accepturos.

P. P. sub Sigillo Rectoratus ipsa Dominica Esto mihi

A. M. DC. LXXXV.



citas hujus sacri mysteriis refertas portanti
elusa legas & rescias (qvo de verbo Gell. l. 2.
sem, patria quidem Atheniensem, à loco to-
num dictum citl. protrept. p. 7. Non movebo-
rum, virunculos insigniter peculiatos gestantiu
Latini Priapos vocitabant teste Blondo l. l. Rom
amplexus & oscula ruebant. Cui libido fuerit Te-
cas, ni pudor oculos auresve deterruerit, adeat
ceptorem l. s. adv. gentes, & experietur, qvomo-
ad inferos mortuo fidem nefariae libidinis, d
retri speciem configurato ex ficu racemo exso-
yoyias rationes videas apud Cl. Voss. l. l. ido.
Comitem l. s. c. 13. p. m. 491. Ex Gracia Ga-
bilis, ejusmodi sacrorum antistes, in Hetrurian
struria vero ea mali, labes mox Romam per-
modum morbi contagione matronarum pudic-
ro Virg. l. 3. e. 17. p. m. 200. & quamvis omni-
narum fuerit exclusis masculis, mox v. deori-
miscia fiunt sacra, ex diurno fit nocturnum
tur libido, pro tribus in anno diebus quinque
sibus. Nemo major viginti annis initiatur,
& stupri patientes. Nudi viri, verba sunt Blo-
phantis Romæ p. m. 37. cum nudatis omnia ma-
nis, viduis & virginibus, ad sacra convenieba-
erant, caput omnes pariter femoraliaque pa-
cincti, alios item utrarum racemos manu re-
vicem comixti coetu in sublimo saltantes, vari-
cervicem, caputque moventis, carmen Baccho
nec prius erat saltationis modus quam defa-
cillantes partim resupinarentur proximiorib
pavimentum fanatici amentesq; procumbere
tis licentia, ut loquitur Livius nihil ibi facin-
missum, plura virorum inter sese quam feminis
patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinu-
nihil nefas ducere. Voces quiritantium inte-
diri non poterant, rapti à Diis dicebantur hon-
fos ex conspectu abditos specus abspiebant eos,
ciari facinoribus aut stuprum pati noluerint.
la originem sacrorum, qva in lueo Similæ Bac-



the scale towards document

i oclusa te-
bud Clemen-
li Alexandri-
shallophoro-
ps, Græcorum
, in quorum
duplicare tri-
actantii præ-
mno duci ad-
to & in ve-
nibus PaMa-
, & Natalem
homo igno-
ulit, ex He-
nirandum in-
este Polydo-
arium femi-
nominu pro-
ius grassare-
trantur men-
es & erroris-
v. l. 2. trium-
bus, matro-
si nocturna
um racemis
ultrario in-
one brachia,
ecantabant,
corpore va-
parum in-
cedente no-
iis præter-
liqui minis-
molari,
multum au-
mina illiga-
orare, aut lo-
dam Hippa-
cro noctur-
voto-